M.

MANTVAE PATAVINI IVRISCON. ET COMITIS PALATINI EPITOMA,

ſiue Commentariolus, in omnes ferè leges, & capita .fforum, Decretalium, & Sexti, de Regu. Iur. nunc primum iuuandæ iuuentutis gratia in lucem editus.

Num. 48. cax. 9. num. 85

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA -

PATAVII
Gratioſus Perchacinus excudebat.
1555.

AD INSIGNEM VIRVM MARCVM MANTVAM CAESAREI & Pontificij Iuriſconſultum excellentiſſimum atq; integerrimum patricium Patauinum præceptorē ſuū obſeruandiſſimum.

MARCE Antenorei ſpes & tutela Senatus,
Atq; ingens celebris gloria Gymnaſij.
Non ego te celebro atq; colo, quia nobilis, atq;
Et docto & claro ſis genitore ſatus.
Non quia marmoreis ſurgant ſuffulta columnis
Atria, ſeq; alta ad ſydera mole ferant.
Totq; habeas ueterum illuſtres ſeu gentis Acheæ
Seu mauis formas Mantua Martigenæ.
Non quia mille foris ſint iugera, lætaq; prata,
Non quia diuitijs undiq; plenus eas.
Non quia qua pergas præſto ſunt mille clientes,
Semper ſint lateri tot comitesq; tuo.
Non quia patricij Veneti, Patauiq; quirites
Auctent muneribus te decorentq; nouis.
Scilicet iſta animum nunquam flexere, puſillæ
Sim quamuis ſortis nanq; perire ſolent.
Inſtabile, infirmum eſt quod dat fortuna, manebunt
Virtutis tantum munera perpetuo.
Sed quia ſis legum ſanctarum Mantua fœlix.
Interpres Iuris claraq; ſenſa facis.

AMPLISSIMO

ATQVE REVERENDISSIMO
Sibenicenſi Antiſtiti Auunculo obſeruan
diſsimo Ioanni Lucio Staphileo,
Simon Mazzarellus Dal-
mata inter .ll. Schola
res minimus.

S. P. D.

CVM nihil minus rationabile, atque humanum eſſe uideatur, q̃ ijs in amore ac beneuolentia uices non reddere, à quibus prouocamur: non potui effugere quin libellum hunc perutilem ſanè ſummeq́; neceſſarium, et qui tum ad Pontificij, tum Cæſarei Iuris intelligentiam non mediocriter conducit, à me ſub præſtantiſſimo Iuriſconſultorum huius tempe-

DIGESTORVM LIBER QVINQVAGESIMVS.

Summarium rub.

In principijs error eſſe non poteſt. 1
Non errat qui fundamentum facit in regula 2
A regula non eſt recedendum. 3
Regulam habens pro ſe transfert onus probandi in aduerſarium. 4
Regulas ſcholares deſerere non debent. 5
Iuris prudentia conſiſtit ut plurimum in regulis. 6

DE REGV. IVRIS.

QVONIAM *regula, huiuſmodi eſt, ut ex ea dicamus tra-*
1 *di artis principia, in quibus error * & dubitatio eſſe non*
,, *poteſt, iuxta illud tritum Philoſophi, in foribus quis delinquet. Bar. in l. quotiens. ff. ſi quis cau. idemq́; quod Canon. c. Canon. 3. diſ. & inde œconomus, ideſt regula, qua uniuerſa domus gubernatur, & œconomicus, ac œconomia. à regendo amplius dicta, metaphora ſumpta à fabris, quæ amuſis appellatur, & ius canonicum ius regulare, & q. Dia-*